FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an George Bárány.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 11.01.1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-14064

Visual Library

incrementum ſenſibiliter capias, et res
Domini tum cura Tibi ſit magis atque
magis, tum, te adminiſtro in ſalutem
plurimorum ornet ac illuſtretur. Quo
in hunc ſenſum, ſi otium ſuppeteret, for-
te adjicerem, uberius exponet libellus
(: die Reinigung der Kinder Levi :) quem
hisce adjungo, non ignotus, ut exiſtimo,
ſed talis ut, a me oculis tuis objectus,
te vel ſic allicere debeat, ut legatur
abs Te, aut certe relegatur, relectus
autem aliis ſtudioſiſſime comendetur
Vale.

III.

Viro Reverendo Dn. Georgio Barany, Con-Rectori ac Miniſtro Verbi Jaurini.

Vir Reverende ac Dilectiſſime in Domino,

Salvum Te Jaurinum adveniſſe gau-
deo, nec ſine ſenſu laetitiae e litteris
Tuis intellexi, confeſtim Te munus,
cui

46

cui divina providentia destinatus eras, capeſſiviſſe, & spem haud exiguam Tibi affulgere exoptati laborum, cum scholasticorum tum ecclesiasticorum fructus. Is, qui Te ad docendum miſit, impertiat Te tanta Spiritus S. qui est spiritus roboris, charitatis et ſanctitatis animi, menſura, quanta ad exantlandos labores impoſitos, vincendam hominum duritiem et tum instruendos dociles, tum revocandos ad bonam frugem præfractos, in dies requiretur. Excuſationem Tuam de eo, quod tardius promiſſis stare Tibi contingat, manifestis rationibus ſuffultam, facile admitto. Facies tamen, quantum in Te erit, ut, quæ restant, Dno Orbano ſolvenda, ſine mora diutina mittantur. Iuvabit enim Tua reliquos Hungaros exactitudo, ſi plus forte commercii illis civibus Halenſibus, in primis rem typogra-

graphicam tractantib, deinceps inter-
cedat. Patientius, opinor, a nobis, Tibi
amicis, quam ab aliis, ejusmodi mora ferri
poterit. Cæterum, quod nostri civibus Tu-
is cupiamus, et quod eos in distribuendis
beneficiis anteferre multis aliis consve-
verimus. Id lubens ego etiam in poste-
rum faxim, et si quos commendaveris,
consilio et ipsa re, pro viribus eos ad-
jutum iri, confidas. Tu operam modo
des, ut benepræparati ac bonæ indolis
juvenes quotannis e disciplina tua, et
ex optimi Belii, ad nos perveniant.
Nobis lucro erit, Vestro sine spe lucri
inservire commodo. Lingvam Germanicā
qvam in Te cives Tui desiderent, auctor
sis iis, qui ad nos proficiscuntur, ut ma-
ture ac prorsus serio ad illam addiscen-
dam animum adjiciant. Certum enim
etiam

etiam hoc est, ædificationis parte minima apud nos perfrui expertes lingvæ Germanicæ. Admodum Reuerendum Dn. Torsczy salvere velim jubeas plurimum meoque rogas nomine, ut sine cunctatione in Dei gloriam ac Patriæ emolumentum Versionem Bibliorum Hungaricam adornet, neque expectet editionem nostrorū Bibliorum: quæ forte intra biennii spatium lucem non videbunt. Egi cum Dno Elers de communicando cum Viro cordatiſsimo Exemplari incompleto. Verum respondit mihi, id sine offensione aliorum, qui eodem nos adgreſsi petito repulsam tulerunt, et sine periculo damni manifestiſsimo fieri non poſse, quas rationes sua manu in schedula, quam insertam vides, expreſsit. Doleo sane, me hac in re gratificari Vobis non poſse: Utinam vero

ro

8.

ro id mihi liceat aliquando aliis officiis largissime compensare. Id quod futurum spero. Vale in DOMINO et amare per-

ge. Hal. d. 11. Jan. 1712.

IV

ad Dn. Dahle, Post. Vesaliae.

47

Vir admodum Reverende

Litteras Tuas die quinto Januarii a. c. datas rectissime accepi, statimque nummum inclusum Dno Elers tradidi, qui schedulam insertam mihi reddidit, e qua conspicies, illum jam Tibi debere. Caeterum gratias Tibi ago maximas pro salute ac gratia Jehovae in Christo, quam mihi comprecatus es. Reciproce DEum ego enixe rogo ut praesens ipse versetur tecum in labore quem Ecclesiae impendis, et animum Tuum gratia subinde sua exhilaret, et κα-ρπωματων accessione indies regno Dei consequendo illique aliis aperiendo magis atque magis adaptet, denique